



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobilibvs Viris R. & A. de Canosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

hominibus eorum similiter fiat vobis, quodque vestris expensis domum reparari faciat eorum, quatenus à vestris servientibus læsa fuit; ipsi autem super emptione ipsius castri vos de cetero non molestent; vosque ab impetione ipsorum super ædificatione turris reddidimus absolutos. Ut igitur haec nostra diffinitio perpetuam obtineat firmatatem, ipsam auctoritate apostolica confirmamus. Datum Laterani iv. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

N O B I L I B V S V I R I S :
R. & A. de Canosa.

Epiſt. 29.
Vt monasteriuſ
S. Angeli reſti-
matur Cruciferis.

O Blata nobis dilecti filii Prioris sanctæ Mariae Cruciferorum Bononiensium conquestio declaravit quod cùm dilectus filius noster Benedictus tituli sanctæ Susanæ Presbyter Cardinalis, tunc legationis officio fungens in partibus Romanæ, monasterium sancti Angeli de Saga cum pertinentiis suis ordini suo concederit perpetuò possidendum, nosque concessionem ipsam duxerimus confirmandam, carissimum in Christo filius noster Imperator Constantinopolitanus illustris post mortem clara memoria. Marchionis Montisferrati dictum monasterium eidem abstulit pro suæ libito voluntatis, illudque vobis assignare curavit: quod vos in ipsius præjudicium detinentes, & juxta veltræ voluntatis arbitrium disponentes de ipso, consumitis nequiter bona sua. Cùm igitur id non debeamus conniventibus oculis pertransire, per apostolica scripta mandamus quatinus dictum monasterium cum pertinentiis suis prefato Priori & ordini suo, prout tenemini, restituere procures. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Davaliensi, & Sidonienſi Episcopis & dilecto filio Archidiacoно Davaliensi nostris damus litteris in mandatis ut vos ad id per censuram ecclesiasticam, sicut justum fuerit, sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo compellant. Datum Laterani xi. kalend. Iunij, pontificatus nostri anno quintodecimo.

Super hoc scriptum est in eundem ferè modum eisdem. Oblata nobis &c. usque conniventibus oculis pertransire, prefatis nobilibus nostris dedimus litteris in mandatis ut dictum monasterium cum pertinentiis suis prefato Priori & ordini suo, prout tenentur, restituere non omitant. Quocirca discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatinus si dicti nobiles quod mandavimus super hoc neglexerint adimplere,

vos eos ad id per censuram ecclesiasticam, sicut justum fuerit, sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo compellatis. Quod si non omnes &c. duo vel.

In eundem ferè modum scriptum est super hoc Imperatori Constantino politano. Oblata nobis &c. usque restituere non omitant. Quocirca serenitatem tuam rogandum duximus attentius & monendam quatinus monasterium ipsum cum pertinentiis suis eidem Priori & ordini suo sine difficultate facias resignari.

ARCHIEPISCOPO ATHENIENSIS.

Sic nervo ecclesiastice disciplina coēr. *Dicitur* ceri debet insolentia perversorum ut eo non opprimantur infantes, cùm censura ecclesiastica non debeat esse innocētum oppressio, sed correctio potius delinquentum. Inde est quod fraternitatē tua auctoritate præsentium inhibemus ne in nobilem virum R. dominum insulæ Nigripontis vel terram ipsius sine matibea & rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententias proferre præsumas. Datum Laterani x. kal. Iunij, pontificatus nostri anno quindecimo.

E I D E M .

Suplicavit nobis dilectus filius nobilis *Epiſt. 29.* *Vt monasteriuſ* *de uniu. pietatis intuitu quandam nobilem, quam ipsius viro vivente cognovit, velit modo* *De seipſo* *ducere in uxorem, dignaremur cum eo super hoc misericorditer dispensare. Quocirca* *fraternitatē tua per apostolica scripta* *mandamus quatinus prefato nobili, nisi* *forsitan eidem viuente viro suo fidem dederit, seu mulierem ipsam in nece viri* *confiterit machinatam, ut cum ipsa legitimè* *contrahat, concedas auctoritate nostra liberam facultatem, dummodo aliud canonicum non obſtitat. Datum Laterani viii.* *kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimo* *quinto.*

R A I M U N D O V T I C E N S I
Episcopo & Narbonensi eleto apostolice
sedis Legatus.

Licet Raimundus Tolosanus Comes *Epiſt. 29.* *De sequenti Comitiuſ* in multis contra Deum & Ecclesiam culpabilis sit inventus, & pro eo quod Legatis nostris inobediens extitit & rebellis, fit excommunicatus ab ipsis & exposita terra ejus, si forte vel sic ei vexatio tribueret intellectum, unde jam ex parte non modica terram amisit, quia tamen nondum